



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 43. Guisius Dux in opem accurens, ac Calvinitas profligans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.  
A C 1562.

penetraverat, quinimo pervenit ad ipsum etiam Guisii Ducus tentorium, in quo argenteam ejus suppellectilem diripuit, deinceps inde reveritus, Helvetios a tergo adoriri conatus, illorum ordines turbabat, sed amissio equo, cum aliquo tempore in vicina sylva decertasset, atque in pedibus salutem quæreret, postremo captus est.

§. XLIII.

*Calvinistæ a Guisio Duce suppetias ferente cœsi.*

Dum hæc interea in media acie age-  
rentur, Guisius Dux, qui absque a-  
lio exercitus imperio duntaxat suo-  
rum equitum alæ præerat, & quamvis  
potius privatus in exercitu, quam su-  
premus Bellidux haberi mallet, nunc  
tamen aut occasionis opportunitate, aut  
urgente necessitate adactus supremum  
exercitus imperium acceptabat, præ-  
liunque, quod Regiis copiis valde ad-  
versum videbatur, restaurare constituit,  
cumque Condæi milites variis, ac re-  
petitis certaminibus imminutos ac  
hinc inde dispersos cerneret, Santan-  
dreano Marescallo, qui primum agmen  
ducebat, injunxit, ut promotis castris  
Germanos pedites, quos penes se ha-  
bebat, tegeret: ipse vero Guisius Vaf-  
cones præcedere voluit: hi itaque totis  
viri-

*Thuan. §  
Popel. l.c.*

Sæc. XVI.  
A.C. 1562.

viribus in hostilem Gallorum pedum, & Germanos ex fuga collectos impetum faciunt, eosque fundunt, dum interea Hispani, qui sequebantur, magnam, ac cruentam stragem edunt. inde tam in equitatum hostilem, qui jam conflixerat, quam illum qui adhuc immotus steterat, Santandreanus, & Giusius, unacum Damvilla, qui se se illis conjunxerant, totam vim converterunt, sed & illos post quartam campestrium tormentorum displosionem, & exiguum certamen, quippe tres primi ordines tantum ad manus venerant, mox fuderunt, atque in fugam egerunt quamvis Andelotus ex violento febris accessu debilis, omnem operam impenderet, ut Germanis e fuga revocatis certamen restitueret, qui tamen, cum milites pavidos retinere non posset, Treonum petiit, ibique aliquot horarum quiete refectus, se ad tuos non sine discrimine contulit.

§. XLIV.

*Condæus Princeps a Damvilla captus.*

Thuan. l. 34.

Nec tamen cedebant Condæus Princeps, & Colinius Archithalassius, qui vix ducentis equitibus ex conflitu ad signa revocatis, Germanos equites, ut denuo secum certaminis aleam tenta-

